

no, stirpis e Borbonia familia regiae, germano Vindocini Ducis fratre, praefecto, Turcicae adjunxit. Univerſa claſſis Maſſilia ſolvens, ad Monici portum devehitur; inde Niceam ad-mota, expoſitis tormentis, ac militibus, oppugnatio inſtrui-tur. Tormentorum vi vehementiſſime moenia verberantur; jamque ingentes editae ruinae aditum militibus aperuerant, cum repente oppidani perterrefacti, iſdem legibus, quibus haecenus ſub imperio Sabaudi fuiſſent, Regi ſe dedidere; ne urbs diriperetur, Polinus vetuit. Mox ad arcem oppugnan-dam cuncta praeparantur: ſed cum Vaſtium magnis copiis per maritimas Alpes iter facientem ad opem arcis propugna-toribus ferendam accedere nuntiaretur, ſoluta obſidione, Cha-riadenus Maſſiliam reverſus eſt, hyberna iis in locis habitu-rus, quo inſequentis veris initio expeditior ad bellum eſſet, & maria infeſta Caſareanis redderet.

Inter haec Caſar ex Hiſpania in Italiam navigaturus, Phi-lippo filio, ætatis annum ſextumdecimum agente, Hiſpaniae Rege pronunciato, atque totius regni civitatibus, ac proce-ribus jurejurando obſtrictis, Barchinonem proficiſcitur. Ibi Andream Auriam cum quadraginta triremibus reperit, Hi-ſpano milite onerarias naves juſſo conſcendere, Genuam de-vehitur. Qui illum per Reipublicae fines in Germaniam tranſeuntem publico nomine exciperent, & comitarentur, quatuor legati honoris, officiiſque cauſa designati fuere, Ca-rolus Maurocenus procurator, Gabriel Venerius, Ludo-vicus Falerius, Victor Grimanus. Pontifex Caſaris in Ita-liam adventu nova ſpe erectus, ut Bononiam antequam in Germaniam proficiſceretur, illum Carolus conveniret, vehementer optabat; perhonorificum ſibi fore ratus, ſi ad eum inviſendum ad urbem accederet, in qua bis Clemen-tem fuerat alloquutus, ubi & de chriſtiana republica pri-vatiſque ſuis rebus ageretur. Suſcepti vero itineris ratione Senatui communicata, ut graviffimis, ac difficillimis tem-poribus afflicta, & perturbata chriſtianam rempublicam ſublevaret, ingreſcente, atque exacta jam ætate, ſe id itineris ſuſcepiffe ajebat; cum id in primis ſui mune-ris, pontificiaeque auctoritatis eſſe duceret; Caſarem ad colloquium invitare, ad pacem cum Chriſtianis Principibus ad-

1543
Nicea urbis
deditio, &
arcis oppu-
gnatio.

Chariade-
nus arcis
obſidionem
ſolvit.

Caſar Phi-
lippum Hi-
ſpaniae Re-
gem pronun-
ciat.

Caſar ab
Auria claſ-
ſe Genuam
deducitur.

Veneri le-
gati ad Ca-
ſarem.

hor-